

Quod in his constitutionibus ecclesiasticis talēm
ficerint dispositionem, quæ sine acti & exacerbato
dominio obtinēti non potest.

Quod, ad tollenda quedam incommoda, ec-
clesiam in tres Tropos dividendi modum
elegerint, quum hec via ex iisdem principiis Tro-
pi docimani, Pontifici, Mennoptici, Quakeristi-
ci & Separatistici, salva ecclesiae in fundamentali-
bus unitate, & que facile possint constitui, ut ex
parte jam in Pensilvania magno conatu, licet
frustra, tentarunt.

Quod in horis ad aperienda animorum interiora
indictis viam sibi in hac ecclesia ad ejusmodi cor-
dium & rerum omnium scrutinia parent, quæ
majorem, quam Pontificiorum auriculares confes-
siones, creant molestiam.

Quod academiz speciem per praetensa Semina-
ria forment, quorum usus longè patet lateque, ali-
is academis male adaptis facie inaculam, præ-
cipue autem Theologie studiis ad melioris vitae
studium excitatis suspicionem de ecclesie nostræ
ministerio injicit, ab alienationem caussatur & nau-
seam, ut amplius a partibus nostris stare recusent,
ad hoc vero seminarium his aliisque rationibus
impulsi, magno numero & ad ingens ecclesiarum
nostrarum detrimentum confluant, postea vero ad
nostra ecclesiastica instituta reddantur inutiles.

Quod crebriores eorum in omnes partes emis-
siones stupendos excitarint in ecclesiis evangelicis
motus, quibus subinde major hominum numerus
in consortium illorum trahitur, de quo nuperime
Theologus in Silesia celeberrimus ita ad certum
quemdam retulit:

“ Quot fidissimorum hominum hac occasio-
“ ne, ab undique vagantibus Herrnhutanæ so-
“ cietat